Longe. K. Potest ita de infra et supra
intelligi. A. Potest. sed sciendum est aliud
esse naturale sup. vel subt. aliud vero quod cir
ca nos est. K. Quid est naturale, vel quid circa
nos est. A. Naturalit enim celum semp supra
est. et terra infra quod migratione nra immutari
non potest. Nrm autem sup et subt migratione
commutat. ut si quis cum inferioribus fuerit
ad superiora conscendat. aut e superioribus
ad inferiora descendat. K. Num omia ad quantitate
ptinentia his sex partibus concludunt. A.
Non omia has circumpositiones habent. tempus
vero et numerus et oratio licet ad quantitate p
tineant. his tamen non subiacent claustris.
unum vero. v. g. x. v. g. c. cum dicimus ipsum numerum
solum dicentes. Non aliquid corporalit nu
merantes. non reperimus in illis dextrum
aliquid vel sinistrum. Similit et in tempore atque
sermone maxime cum haec citissime la
bunt. Nam tempus instabili motu semp decur
rit et tamen ut diligentius considerantibus

License: cc-by-sa – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 4052, Cod4052_I_v – Alcuinus: De dialectica (https://fragmentarium.ms/view/page/F-akks/2701/30818)